

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii Flacci Opera Omnia, A Pet. Gvalt. Chabotio Viro  
In Omni Literatvra Perfectissimo, Admiranda Ingenij &  
Iudicij dexteritate, eruditio[n]is varietate, & linguarum  
elegantia, triplici artificio ...**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Basileae, 1615**

Vita Horatii Flacci ex ipsiusmet scripta excerpta

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1488>


  
**Q. HORATII FLACCI**  
**VENVSINI LYRICORVM**  
**PRINCIPIS VITA EX IPSIVS POE-**  
**MATIS A P. GVALTERIO CHABOTIO DE-**  
cerpta: καὶ ἐκάστην ἡλικίαν ηγή πειδευτινέαν τὸ λόγοις ἀμφο  
Baios ab utroque luculenter ex-  
plicata.



Vplex mihi videtur ineunda ratio, viāq; reperienda, quomodo alii aliorum mores ac vitam spectent & astinent: quarum alteram omnes tenent, ut multo certiore, qua prae senti iudicio & experimento capitur e consuetudine virtus quoridani, familiaritate, colloquio, rebūq; inter se contrahendū. At quoniam non cuius congrediendi potestas cū eo datur, cuius velit ingenium ac mores explorare, nos quidem certe cogimur alteram estimationis viam inire; qua nobis relinquuntur verbis testata, atq; scriptis, aut propriis, aut alienis, comprobata: sed eam minus certam credibilem, compemimus, qua ex propriis est composita: permista quidem alio & contestata non-nihil apud lectors fidei meretur. Nam tō εὐτρόχαρι νιμιον sibi creduntur indulgere, dum pro veris falsa, aut certe falsitatē non prorsus omnino expertia, vel conira pro falsis vera sapientias affingere sibi non verentur, ēn tñs tñis αὐθεντοis διαν εὐεισμένis φιλαντias. De qua sic sapiens Solon, qui fuit unus è se p̄p̄, verissimè dixit, interrogatus: τι χαρεπιώτατος, το γινόσαι εώτερον. τον οὐχὶ οὐ ποτὲ φιλαντias ἔνεσσον εώτερον μετατίθενται. Quid omnium esset difficilimum: seipsum, ait, nosse. Multa enim sibi quisque attribuere solet præ amore sui. Non equidem tamen hic dubitem cum pleriq; exinuere nostrum Poetam è numero tñp; φιλαντων præsertim quum ego animaduertam, eum nec patris paupertatem silentio dissimulasse, nec generis obscuritatem c. lassē, & quod, ap̄e miratus sum, sua indicasse vita, vt, quum eum non puduerit flagitia sibi à Damasippo primū, atque paulo post à Dauo seruo, libertate decembri obiectā, versibus mandasse. Quæ quidem ingenu tam aperti conditione facile adduci me patior, vt præcise negem, quod nonnulli suspicati sunt, patrem ipsi falsamentarium fuisse: quod si ita contigisset, nunquam id sibi virtus vertisset, vt de Bione Philosopher criticitur: εὖος στατήρ μὲν ὁ ἀπελεύθερος, τῷ οἰνῳ τῷ τούτῳ πειρασμένος. pater meus erat libertus secubito emungens, cu tam ingenia confessioni non est dissimile, quod decantat de patre suo ac de se:

Apud  
Laeta

Sat. 6. li. 1.

Nec timuit, sibi ne virtus quis verteret, olim

Si præco paruas, aut, vt fuit ipse, coactor

Mercedes sequeret: necque ego essem questus.

In Georgia.

Quare, que deinceps hic de se loquetur Poeta, satis videantur dubitanti fortasse hac de parte idonea ad omnem ipsi suspicionem pseuodigia leua: dam, longęq; remouendam: unde cuius facilè sic de ipso statuere licebit, quemadmodum Plato scribit de Socrate olim statutum & iudicatum: quod tam facile patetetur se ab aliis reargui, quām eosdem conferet cognos, qui ab ipso redarguerentur. Exotic a autem scripti nobis munivint a teram ad idem cognos endum viam: qua tamen, nisi fuerint oculata, & à rigidis veritatis satellitibus, probēq; ad eandem effectu d. promta, διδούσιν πιθανότητα φάνεται ἔχοντα περὶ τοῖς τὸν ἀλιθῶς οὐ γεγραμμένοις ουετοῖς. Itaq; quo vita morēsq; nostri Poeta verius perspiciantur, maiorēm, persuasionis auctoritatem habitu- rā sint, ex virōq; inscriptioni genere illa temperand. & sic proponenda lectoribus putau. Quum igitur Philosophi doceant, è per- ceptione caussarum cognitionem euentorum facile capi posse, initium Horatiana historia ducendum videtur è causa vite in utrōque ipsius poemate, Lyrico & Epico σποραδικo propositi. Non potest certe cuius-mn dubium esse, quin illa nitantur natu- rā & institutione: quin patria & parentes etiam pendeant è priori, vt è maire terum omnium. Dic igitur, Horatii, qua tib⁹ patria fuit?

Ode 9. lib. 4.

Ne fortè credas interitura, quæ

Longè sonantem natus ad Aufidum

Non antè vulgatas per artes

Verba loquor socianda chordis.

Sequitur hunc Lucanus, an Appulus, anceps.

Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus.

Quanquam autem hic videtur Poeta dubitare, utri debeat ortum suum adscribere regioni, ac posterior versus designare tertium quandam, velut personam ab Horatio alienam, satis tamen eum intelligimus fuisse Venusinum, ac Venusiam ipsius patrem Lu- caniam & Apuliam interiacentem, aut certe περιχωρον, vndique vicinam & finitimam: quam ille videtur notare, ὃς χρόνον τὸν οὐαντόν, οὐαντόν, οὐαντόν, οὐαντόν.

Od. 4. li. 5.

Me fabulosæ Vulture in Appulo,

Altricis extra limen Apuliæ,

Ludo fatigatimque somno,

Fronde nouâ puerum palumbes. Texere, &c.

Sat. 5. li. 1.

Incipit ex illo montes Appulia notos

Ostentare mihi, quos torret Atabulus & quos

Nunquam erepsemus, nisi nos vicina Triuici

Villa recepisset, &c.

In nūs

## EX IPSIUS MET. SCRIPTIS EXCERPTA.

In niue Lucana dormis ocreatus, ut aprum, &c.

Venusinæ plestantur syluæ, te fospite, &c.

Hac tamen natali soli asperitas nulli creditur impedimento incolis suis fuisse ad humanitatem, quin ipsi summâ fide & hospitabilitate semper in Romanos vñ fuerint, vel in extremis reip. periculis: qualia clades Cannensis bello Punico secundo iussis creauit: cuius reliquias, maximq; ducem M. Varronem humanissime receptos Venusini refecerunt & recrearunt. Liuius hic congruenter narrat, & in Colonis populo Rom. fidelibus Venusiam numerat: quod semper in fide amicitiaq; pop. Rom. vel aduersis Reip: temporibus permanserit. Ammian. quoq; Marcel. lib. 23. memorat, è locis asperis & inaccessis humanos sepè prodire homines: illud tamen, ait, sciendum inter has nationes penè ob asperitatem nimiam inaccessas homines esse quosdam mites ac pios, ut Laxartæ sunt & Galactophagi: sed cur ad hoc pernoscendum querimus tam longinqua humanitatis exempla, quum eadem, multoq; plura & grauiora omni virtutu ita capi possint ex Helvetiis vicini & nostra Gallia sociis? vt in illis nulla dum oblitus philargynâ, prauâ peregrinorum consuetudine, perditisq; moribus, hoc proverbum non habeat locum, nūt ē pvtor rātā cōsequata, q; ē vñbēcōtawp oī bīoi rātā xēgous cōvefōmīs vñrātū, id est, & plantarum semina & hominum mores sunt naturæ locorum consimilia. Ista quidem humanitatis officia nonnulli existimant Poetam reticuisse composid, ne, si illa forte iactasset, vel modestè mentionem eorundem tantum fecisset, idem fortassis statim audiisset ab inuidis, quod olim Themistocles à Seriphio quodam, ipsum humanitate, gloriâq; Venusinorum maiorum, non suâ ipsius virtute nobilitatum, atq; in tantam principum gratiam receptum. Ego autem contrà, hoc magistribu[m] modestia Poete, ingenuoq; pudori & indoli, atq; adeò gravitati Stoice non aliunde, ait, à se suaq; virtute pendenti, quam frigido rei cuiusdam timori. Non minus fuit Maro in mentione patria sua Mantua facienda modestus, quam hic Horatius. Sciebat enim vñerg, probè, nec patriâ, nec domo dominum, sed domino patriam & domum honestandam esse: Ea fuit patrie & prima educatio Poete. Sed qui tibi fuerunt parentes Horati?

Nunc ad me redeo, libertino patre natum:

Quem rodunt omnes libertino parte natum.

Causa fuit pater his, qui macro pauper agello, &c.

Non ego me claro natum patre, non ego circum

Me Satureiano vectari rura caballo:

Sed quod eram narro.

Melibertino natum patre & in tenui re:

Maiores pennas nido ex tendisse loqueris.

Quæ patris tui professio? quod genus vita?

Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim

Si præco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor

Mercedes sequerer.

Neg, filius fuissest de patre questus, si ab eo destinatus fuissest facilitandi huiusmodi Reip. coactionibus. Itaq; p[er]i[us] subiungit.

Ob hoc nunc

Laus illi debetur, & a me gratia maior.

Nil me pœnitiat sanum patris huius.

Cetera non te p[re]igeat, Lector, pernoscere, vt insignia pietatis exempla. Quo tempore anni natus fuisti?

Onata mecum consule Manlio!

Tu vina Torquato moue

Consule pressa meo.

Annum autem agebat quadragesimum, quum hac cecinit Xanthia Phœco.

Cuius octavum trepidavit ætas

Claudere lustrum.

Me quater undenos sciat implevisse decembres.

L. autem Manlius Torquatus & L. Aurelius Cotta fuerunt Cos. an. V. C. 689. ideoq; priorem appellat suum consulem cuius anni mense decembri natus fuit Horatius: non tamen illius dies, neg, hora natalis dicitur, & à τὸ μέντος έτος ταῦτα εἰσιν, vnde nullum potuit iudicîi Astronomici thema colligi, de indissolubili vinculo amicitia inter ipsum & Mæcenatem. Perspicimus ex his, nobilia sapius ingenia nasci ex humilibus locis, parentib[us]q; obscuris, quam è summis atq; clarissimis, presertim quū eò bona educatione, rectaq; institutio accedit: qualem presens historia deinceps indicabit Horatio contigisse. Quomodo autem pater ipsius appellatus sit, nondum mihi innotuit: magna tamen est conjectura patrem inuidisse sua filio nomina. Dic igitur fili, quod tibi est prænomen?

Dere communi Scribæ magna atq; nouata

Orabant, hodie meminisses, Quinte, reuerti.

Quod nomen?

Reddidi carmen, docilis modorum

Vatis Horatii.

Quod etiam cognomen?

Nam si quid in Flacco viri est,

Non feret assiduas potiori te dare noctes.

Quum res ipsa feret, nisi dextro tempore Flacci

Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.

εἰς δὴ Φλάνιος ὁ Γοργῆς ἐπιτεφύννει. Quod habes explicatum Epist. 6. li. 1. Quis autem locus educationis tuae?

Me fabulosæ Vulture in Appulo,

Altricis extra limen Apuliæ,

Ludo, fatigatumque somno,

Fronde nouâ puerum palumbes

Texere. Mirum quod foret omnibus,

Quicunque celsæ nidum Acherontis,

Sat. 3. li. 2.

Od. 28. l. 1.

Lib. 27.

Plutarchus

in ipsius vi-

ta & apo-

phtheg. re-

gum & im-

per. C. c. in

Catone ma-

iore.

Lib. 19.

Aen.

Lib. de of-

fic. 1.

Sat. 6. li. 1.

Ibidem.

Epi. 20. l. 1.

Sat. 6. li. 1.

Ibidem.

Od. 21. l. 3.

Epod. 15.

Od. 4. li. 1.

Epi. 20. li. 1.

Sat. 6. li. 2.

Ode 6. l. 4.

Epod. 18.

Sat. 1. li. 2.

Plut. in

Luc.

Od. 4. li. 3.

# VITA HORATII FLACCI

Saltusq; Bantinos, & aruum  
 Pingue tenent humilis Ferenti:  
 Ut tuto ab atris corpore viperis  
 Dormirem, & vrsis: ut premerer sacrâ  
 Laurâque, collatâq; myrto,  
 Non sine Dîs animosus infans.

*Quæ tibi nutrix illuc fuit?*

*Sat. 9. l. 1.* Confice, námq; instat fatum mihi triste, Sabella  
 Quod puero cecinit diuinâ motâ anus vrnâ.

Naturalis preterea habitus animi & corporis nū quam reperiur nominatim significatus: liberè quidem dicet interrogatus, ad quid habeat ingenium proclive. Nōnne primum ad studium maximè Poeticum Musas te finxisse pergrato dices animo, Horati?

*Ode 3. l. 4.* Quem tu Melpomene semel

Nascentem placido lumine videris,  
 Illum non labor Isthmius  
 Clarabit pugilem, non equus impiger.

Talem certè animi propensionem ac obfirmatam scribendi voluntatem, manifestò ita expressit Trebatius Jurisconsultus:

*Sat. 1. l. 2.* Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus  
 Exspectat: seu mors atris circumvolatalis:  
 Diues, inops, Romæ, seu fors ita iussit, exsul,  
 Quisquis erit vitæ, scribam, color.

*Quod etiam spectat ipsius precatio ad Mercurium.*

Hac prece te oro,

*Sat. 6. l. 2.* Pingue pecus Domino facias, & cætera, præter  
 Ingenium, utq; soles, custos mihi maximus adsis,

*Cuius quidam naturalis propensioni exercitationem iam intermissam coactus fuit inopiat repetere.*

*Epi. 2. l. 2.* Paupertas impulit audax

Vt versus facerem.

Eodem quoq; pertinet, quod cultum Musarum prætulerit omnibus omnino Reip. muneribus, honoribus, opibus, & voluptatibus, ve  
 Od. 1. l. 1. optimè quisque perspiciat ex ipsius scriptis, maximèque ex operis ingressu: unde non dubitauit se postea Musis amicum pra-  
 dicare:

*Od. 26. e-  
 suisdem.* Musis amicus, tristitiam & metus  
 Tradam proteruis in mare Creticum  
 Portare ventis.

atq; earundem fauorem pro summis quibüsq; reip. honoribus putare: os ovo iauratis omnia posse; contrà, & ev. auctoꝝ, nihil valere  
 neq; ingenio neq; corpore.

*Ibidem.* Nil sine te mei  
 Possunt honores.

Nullisne alii rois πάθεια fecit te natura obnoxium? nōnne τεύχη τίνε πιποχεῖσιν προθύμως γνωρίσει;

Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.

*Epo. 3. l. 1.* Ad iras te proclivius decurrere dira detestatio allii facile arguit, & illud:

*Epi. 3. l. 2.* O ego lævus

*ad Pisones.* Qui purgo bilem sub verni temporis horam.

Hippocrates tamen sic affectum, vt facile placetur, τὸν ἐνόγυτον appellas, & Galenus interpretatur εὐτροπον, moribus facie-  
 lem, qualem animi commotionem ipsem Poeta sic describit:

*Sat. 1. l. 2.* Sed hic stylus haud petet ultrò  
 Quemquam animantem, & me veluti custodiet ensis  
 Vaginâ testus: quem cur distingere coner,  
 Tutus ab infestis latronibus? O pater & Rex  
 Iuppiter, ut pereat positum rubigine telum!  
 Nec quisquam noceat cupido mihi pacis! at ille,  
 Qui me commôrit, melius non tangere clamo,  
 Flebit, & insignis totâ cantabitur urbe.

*Od. 14. l. 2.* Non ego hoc ferrem calidus iuventâ.

Quâ quidem etate procul dubio fuit, quum tales iactauit minas in Castum Seuerum & cum acribus Molossi, canibüsq; Laconi-  
 cū se contulit:

*Epo. 6.* Cae, caue: námq; in malos asperrimus  
 Parata tollo cornua.

*Item illud sibi obiici solitum.*

*Sat. 4. l. 1.* Fœnum habet in cornu, longè fuge.  
 Ecquò illud ad seruum?

*Sat. 7. l. 2.* Non dices hodiè, quorsum hæc tam putida tendant  
 Furcifer? Ad te, inquam. Quo pacto, pessime?

*Aliud est genus naturalis habitus tui, quum ita de te loqueris:*

*Sat. 6. l. 1.* Ut veni coram, singultim pauca loquitus.

*EX IPSIUS MET. SCRIPTIS EXCERPTA.*

Infans námque pudor prohibebat plura profari:  
Qui primus virtutis honos.

Hoc quoque est eiusdem generis:

Simplicior si quis, qualem me sápē libenter  
Obtulerim tibi Mæcenas.

Sat. 3. l. 2.

Vi quod sequitur:

Dī benē fecerunt, in opis mē, quódque pusilli  
Finixerunt animi, rārō & per pauca loquentis.

Sat. 4. e.  
iudicem.

Ecquid etiam illud?

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus  
Ruris amatores: hac in re scilicet vna  
Multūm dissimiles: ad cætera penē gemelli.

Ep. 10. l. 1.

Pasim quoq. leges eum valde sodalitatis, conuiuii, vinōq. generoso delectatum. Elsi autem, Horati, nihil officere videretur isti  
pudori, simplicitati, tue, à ēḡyptis tūs īcūt̄ yuoxiōuāvias nōt̄ pādēpāz̄ (neque enim isto prisco seculo valde flagitiosum ne-  
que probrosum videbatur tō yuoxiōuāvāp nōt̄ tō wādēpāz̄: quod pleriq. omnibus persuasum haberetur, omne animal, si-  
mulatq. natum est, appetere voluptatem, ós tō φιληλωνόυ φυσιού.) versus tamen horum vitiorum indices, vt sat in commen-  
taris castigati, pratermittentur: atq. nos, quod te animaduertamus iuratum hostem auarorum, ambitiosorum, luxuriosorum, &  
superstitionis: istam dolentes sortem & vicem tuam commiserabimur. Sed si in nostra incidisses tempora, non sic impunè abi-  
fisses, coniunctus testimonio Damasippi:

Non dico

Mille puellarum, puerorum mille furores, &c.

Sat. 3. l. 2.

vtrāque culpā grauiissimis legum, tam diuinarum, quam humanarum pañis, sauiissimisq. suppliciis recisā. Naturalem quandam postremis  
animi tui effigiem iam expressam satu renemus: quam tu nunc corporis nobis referes?

Me primis vrbis belli placuisse, domiq;

Epi. 20. l. 1.

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus

Sat. 5. l. 1.

Illinere.

Lusum it Mæcenas, dormitum ego, Virgiliusque,

Ibidem.

Nāmq; pilā lippis inimicum, & ludere crudis.

Hic ostendit se lippitudine oculorum & Virgilium imbecillitate stomachi laborasse. Obesum quoq. hec arguere videntur:

Me pinguem & nitidum benē curatā cute viseis:

Epi. 4. l. 1.

Quum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

Statuta quoq. ipsius indicatur his verbis:

Longos imitaris ab imo

Sat. 3. l. 2.

Ad summum totus moduli bipedalis.

Vbi Damasippus pusilla Poeta statuta videtur abuti ad ambitionem eiusdem allegoricōs notandam: quod in locis longē ampliori-  
bus re locata exstuderis stulte Macenatem imitebor. Qua sunt adhuc de patribus, parentibus, habituq. animi & corporis conve-  
morata, è vi natura facile intelliguntur profecta. Itaq. vires insti: ionis atq. uictus nunc videamus. Eſe enim, Aristotele auctore, lib. 7. Pol.  
omnibus erudiendis hominis artibus ac disciplinis id propositum, ut quod natura adsit, exornent & adaugeant: quod defit, adiun-  
gant & expleant. Dic igitur Horati rationem institutionis tue:

Inseuit pater optimus hoc mi,

Sat. 4. l. 1.

Vt fugerem exemplis vitiorum quæque notando,

Quum me hortaretur, parcè, frugaliter, atq;

Viuerem vti contentus eo, quod mi ipse parāset.

Eodem pertinent reliqui Satyra versus ad finem vsg., de institutione domestica. De altera, quā fuit Roma eruditus, quid?

Sed puerum est ausus Romam portare docendum

Sat. 6. l. 1.

Artes, quas doceat quiuis eques atq; Senator

Semet prognatos. Vestem, seruōsq; sequentes

In magno vt populo si quis vidisset, auita

Ex re præberi sumtus mihi crederet illos.

Reliquum huius sermonis persequitur collatione vita, institutionisque sua cum illa ditiorum & potentiorum. Eodem quoq. spe-  
cant sequentia:

Romæ nutritri mihi contigit, atq; doceri,

Epi. 2. l. 2.

Iratus Graii quantum nocuisset Achilles.

Adieceré bonæ paulò plus artis Athenæ:

Scilicet vt possem curuo dignoscere rectum,

Atque inter sylvas Academi quærere verum.

Eodem & illud.

Memini, quæ plagosum mihi paruo

Epi. 1. l. 1.

Orbiliū dictare.

Hec sunt pueritiae & adolescentiae Horatiana curricula, in quibus ingenium Poeta versatum fuit, partim Veneria, partim Roma,  
partim Athenis, ad tres ac viginti annos, ut his verbis subindicatur:

Non ego hoc ferrem calidus iuuentā

Od. 14. l. 3.

Consule Plancō.

Athenis autem, quod illum iam perduximus, tanquam è celeberrimo literarum emporio scribit se, non sine querela cesit, iuuenili  
quodam atq. astu abruptum in militiam, atq; bonas Reipublice partes sub Decimo Bruto, quem à puer coluerat & obseruārat,  
sequitum, ut Stoica schola erat amulus uterq;. De hoc nōnne ita fecisti Horati?

# VITA HORATII FLACCI

Nil cupientium

Nudus castra peto & transfuga dituitum  
Partes linquere gestio.

Od. 16. l. 1.

item Epi.  
2. lib. 2.

Dura, sed admouere loco me tempora grato,  
Ciuiisque rudem bellum tulit aestus in arma  
Caesaris Augusti non responsura lacertis:  
Vnde simul primum, me dimisere Philippi  
Decisis humilem pennis, in opemque paterni  
Et Laris & fundi, paupertas impulit audax,  
Ut versus facerem.

*Idem cecinit Pompeio Vero commilitoni suo:*

Od. 7. li. 2.

O sœpè mecum tempus in ultimum  
Deducet, Bruto militie duce,  
Quis te redonauit Quiritem  
Dis patriis, Italique cælo  
Pompeii, meorum prime sodalium?  
Tecum Philippos & celerem fugam  
Sensi, relicta non benè pârmulâ:  
Quum fracta virtus & minaces  
Turpe solum tetigere mento.

*Sed quem in castris Bruti locum obtinisti?*

Sat. 6. li. 1.

Nunc, quia Mæcenas tibi sim conuictor, at olim  
Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.

*Idem cecinit Sidonius Apollinaris, sed non aliunde, puto, admonitus, atq; à locis Poeta supra citatis.*

Ettibi, Flacco, acies Bruti, Cassique sequito  
Carminis est auctor, qui fuit & veniæ.

*Quid Bruto, prælium redintegrare paranti, rebus bonarum partium hac clade fractis & afflictis consuluisisti per allegoriam nauis?*

Od. 14. l. 1.

Tu nisi ventis  
Debes ludibrium, caue:  
Nuper sollicitum quæ mihi tedium:  
Nunc desiderium, curaque non leuis  
Interfusa nitentes

Vites æquora Cycladas.

*Post hinc cladem amicos habuit & familiares, quorum opera & studio, gratia & amicitia principum ipsi conciliata est, & inter illos nominantur precipui:*

Sat. 6. li. 1.

Optimus olim

Virgilius, post hunc Varius dixere, quid essem.

*His adiungitur tertius:*

Sat. 5. li. 1.

Postera lux oritur multò gratissima: namque  
Plotius & Varius Sinuesse, Virgiliusque  
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores  
Terra tulit, neque queis me sit deuinctor alter.  
O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!

*Plures his numerantur amici cuiusvis sortis & ordinis, viri doctrinâ, opib[us]q[ue] insignes, quibus, ut candidis censoribus, proponere solebant sua poemata ne ritu[m] spectanda & probanda.*

Sat. 10. l. 1.

Plotius & Varius, Mæcenas, Virgiliusque  
Valgius, & probet hæc Octavius optimus, atq;  
Fuscus, & hæc vtinam Viscorum laudet vterque.

*Atque ceteros natus fuit, quibus mul[ti] plures hoc versu*

Epi. 4. l. 1.

Complures alios, doctos ego quos & amicos  
Prudens prætero:

*sunt intelligendi, atq; in primis Albius Tibullus, quem vocat candidum iudicem sermonum suorum. Hoc quoq[ue] est memorabile,*  
*quantos amores, quantāq[ue] delicias suas fecerit sibi, as in oculis gestarit ex his quosdam, ac præ ceteris proximè sequentem:*

Od. 3. lib. 1.

Nauis, quæ tibi creditum  
Debes Virgilium finibus Atticis,

Sat. 9. li. 1.

Reddas incolumen, precor,  
Et seruus animæ dimidium meæ.

Ode 6. l. 1.

Si bene me noui, non Viscum pluris amicum,  
Non Varium faceres.

Epi. 1. li. 2.

Scriberis Vario fortis & hostium  
Victor, Mæonii carminis alite.  
At neq[ue] dedecorant tua de se iudicia, atq[ue]  
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,  
Dilecti tibi Virgilius, Variusque Poetæ.

*De iisdem quoque si honorifice fecit:*

Sat. 0. li. 1.

Pollio regum  
Facta canit, pede ter percusso: forte epos acer,  
Vt nemo, Varius: ductu molle atq[ue] facetum

Virgilie

*EX IPSIUS MET. SCRIPTIS EXCERPTA.*

Virgilio annuerunt gaudentes rare Camœnæ.

Mirum profecto, cur nusquam meminerat Ciceronis, Decimo Bruto capitulam cari, nec Ovidii, qui canit se tantam capere voluntatem e poesi Horatiana:

Detinuit nostras numerosus Horatius aures,  
Dum ferit Ausoniâ carmina culta Lyrâ.

Lib. 4. de  
Trist. El. 9.

præsertim quum non veritus sit, nomen Brutus magis quoque alio inuisum & odiosum Cesari Augusto appellatione dignari honorificâ: nec obstat quod quis diceret, id siue τὸ γένως οὐνόμα factum esse: sed ridentem dicere verum, quid vetat? responder ipsem est:

Persius ex ponit caussam, ridetur ab omni  
Conuentu, laudat Brutum, laudatq; cohortem;  
Solem Afiae Brutum appellat, stellâisque salubres  
Appellat comites.

Sat. 1. li. 1.  
Sat. 7. li. 1.

Interea puxit & yuos nati & yuos in calibatu:

Martis cælebs quid agam Calendis,  
Quid velint flores & acerra turis  
Plena, miraris, positiisque carbo in  
Cespite viuo.

Od. 8. li. 3.

Præterea rationem patræ frugaliter, mundèq; viuendi, quam à patre didicerat, se ostendit velle sequi:

Pransus non audiè, quantum interpellat inani  
Ventre diem durare, domesticus otior. Hæc est  
Vita solitorum miserâ ambitione, grauique:  
His me consolor, victurus suauius, ac si  
Quæstor auus, pater atque meus patruisq; fuisset.

Sat. 6. li. 10.

Persicos odi, puer, apparatus.

atque eodem inuitat Grossphum,

Ode xl. li. 1.

Viuitur paruo bene, cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum.  
Nec leues somnos, timor aut cupido

Sordidus aufert.

Tali autarcia constat tota Ode 31. lib. 1. & confirmatur his verbis:

Od. 16. li. 1.

Probámque

Pauperiem sine dote quæro:

ad quam autarciam spectat Ode 18. lib. 2.

Non ebur, neque aureum

Mea renidet in domo lacunar.

Illum autem vita cursum & institutum, ad quod diximus, antè naturâ optimè compitatum. Semel aggressus, aliquando fortasse  
mutauit, sed ita, ut ipsum postea puduerit si: is non maturius facti vite intemperanti, quod ubi fecisset, horatus est Villiscum suum,  
ut ad normam ipsius effingeret & conformaret vitam moresq; suos Epist. 14. ad vers.

Nunc age, quid nostram concentum diuidat, audi.

atq; ita tenuit, vt se Musarum sacerdotem predicare coperit:

Carmina non prius

Audita, Musarum sacerdos,

Virginibus, puerisque canto.

Od. 1. li. 3.

Vnde hac opera exsisterunt: primum quadripartita Lyrici carminis confection, conditi mirâ suavitate, vario nitidoq; lepore distin-  
cti. Cuius confectionis gloria, maximèq; trium librorum vsq; èo elatus est, ut se Delphicâ laureâ dignissimum prædicârit:

Exegi monumentum ære perennius,

Regalique situ Pyramidum altius &c.

Od. vi. li. 3.

atq; adeò se immortalitatem carminibus suis prædixerit consecratum:

Non ego pauperum

Sanguis parentum, non ego, quem vocas,

Dilecte, Mæcenas, obibo,

Nec Stygiâ cohíbebor vndâ.

Od. vii. li. 2.

Vbi est in primis imitatus Alceum & Sapphonem Gracos rates Lyricos:

Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,

Temperat Alcæus.

Ep. 19. li. 1.

Deinde vi in Epopi Archilochum, retentâ numeri suavitate, & mitigatâ conuiciorum acerbitate sequutus fuit: sic in Lucillii, En-  
nii, Varronii imitatione se præstitit scriptio Satyram: maluitq; agere dissimulatorem Socratem in Snyris, quam conuicato-  
rem Lucillium in homines flagitosè, impureq; viuentes, iuxta illud, quod scripsit:

Ridiculum acri

Fortius & melius magnas plerunque secat res

. Parios ego primus Iambos

Sat. 10. li. 1.

Ostendi Latio, numeros, animosque sequutus:

Archilochi, non res & agentia verba Lycamben.

Ibidem.

De ipius quoque Epistolis viriisq; libri potest hoc breuiter & absolute dici, rævtrus περὶ χρηστῶν τὰς παραπλεόνεις καὶ τὰς διδασκαλίας,  
eas complecti, aut cohortationes ad sapientis studium & vite beatæ tranquillitatem, aut doctrinam & præcepta recte  
legitimèq; condendi poema. Posterioris generis sunt tres Epistole, duas in aliis ad Augustum, ad Florum, ad P. Jones libri secundi:  
prioris sunt viginti libri ad varios homines Poetae amicos scriptæ: in quibus profecto scriptis omnibus eluet maximè fructus, quem  
retulit Horacius è studio Philosophia & humaniorum literarum Roma & Athenis; appetet quoq; ibidem, quū ille diu multumq;

# VITA HORATII FLACCII

habet in optima tot philosophicarum sectarum diligenda, tandem eum aperuisse Mæcenati, omni tot familiarum discrimine  
fablato, suum consilium, se libertate philosophandi usurum, ac more industria ac florilegia apis, eas singularum sententias, velut  
flores plantarum ad mellificium, studio: delibaturum, quas ex usu fore sibi putaret, de quo sic ipse fecit:

*Epist. 1. l. 1.*  
Ac ne forte roges, quo me duce, quo Lare tuter:  
Nullius addictus iurare in verba magistri,  
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.  
Nunc agilis fio, & mersor ciuilibus vndis,  
Virtutis veræ custos, rigidusq; satelles.  
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,  
Et mihi res, non me rebus, submittere conor.

*Sat. 1. l. 1.* Aliquando patrocinium voluptatis videtur suscepisse; & vt Epicureus, defendisse, ac Diis rerum humanarum non curantiam af-  
finxiisse, quale est:

*Sat. 1. l. 1.* Credat Iudæus Apella,  
Non ego: námque Deos didici securum agere ævum:  
Nec si quid miri faciat natura, Deos id  
Tristes ex alto celi demittere testo.

*Sat. 9. e-  
iusdem.* Quale illud quoque: Vin' tu  
Curtis Iudæis oppedere? Nulla mihi (inquam)  
Relligio est.  
*Od. 34. l. 1.* Sed tam impiam de Diis opinionem ex animo euu'sam remisit, ac palinodiam sapientia tam insana sic cecinit:  
Parcus Deorum cultor & infrequens,  
Insanientis dum sapientiæ  
Consultus erro, nunc retrorsum  
Vela dare, atque iterare cursus,  
Cogor relictos.

*Sat. 4. l. 2.* Præterea faciem habemus ex agitationem Epicurea sectæ sub persona Catii, qui princeps illius Roma habebatur, & à nobiliori-  
bus ibi colebatur. Non minùs irridet familiam Stoicorum, yli potest libertas Poeta, quam Mæcenati promiserat, de doctrina & do-  
*Sat. 3. eius.* gmati Philosophorum libere sentiendi, ac iisdem utendi apertu'm, obseruari. Quot autem annos cum Mæcenate vixerit, non est  
certè facile illorum subducere rationem: sit quidem mentio septenii:

*Sat. 6. l. 2.* Septimus octauo propior iam fugerit annus,  
Ex quo Mæcenas me cœpit habere suorum  
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere rhedâ  
Vellet, iter faciens, & cui concredere nugas  
Hoc genus: hora quota est? Thrax an Gallina Syro par?  
Et quæ rimosa benè deponuntur in aure.

*Epi. vii. l. 1.* Sed nescitur an hoc temporiū spatiū antecesserit illud suprà notatum:  
Me quater vndenos sciat impleuisse Decembres.

*Epi. 7. l. 1.* Quedam etiam temporiū hoc longioris significatio, sed subobscura:  
Quòd si me noles usquam discedere, reddes  
Forte latus, nigros angustâ, fronte capillos,  
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum, &  
Intervina fugam Cynaræ mærere proterua.  
hic paulo longioris ac clarioris datur significatio.

*Od. 29. l. 1.* Define dulcium  
Mater saeva Cupidinum,  
Circa lustra decem flectere mollibus  
Iam durum imperiis.

Εν τέτω μὲν οὐρανῷ γενίσθαι, ποιεῖς ἀλινάς πόρρω ἡμετέρη, Δικονότε εἰς τὴν πεντητετράν, ex his quidem aperte co-  
gnoscitur ætate prouectus tum Horatius quinquagenariā. Chronologi autem, ac in primis Glareanus habet rationem  
atatis Horatiana ita subductam, vt constet, illum L. Manlio Torquato, & L. Aurelio Cotta Cos. anno Vrb. cond. 689. natum, & scri-  
psiisse epistolam 20. lib. 1. Q. Aemilio Lepido, & Marco Iollio Cos. anno V. C. 733. vnde colligi facile potest illud quater vndenorū  
Decembrium spatiū intercessisse: quibus annis quattuor & quadraginta Ode superior lib. 4. prima sex addit: vnde consicimus  
eum fuisse quinquagenarium, quum impulsu Augusti conscripsit librum quartum Odarum. Sed si verum est, quod affertur ē Sue-  
tonio, illum obiisse C. Mario Censorino & C. Asinio Gallo Cos. an. V. C. 746. inter hunc annum exitus ē vita, & illum 699. ingre-  
sus in eam, apparet procul dubio internalum 57. annorum interpositum, quos Eusebius in Chronicis narrat Horatium impleuisse,  
atq; ē vita exiisse anno Augusti Cæsarii 34. tot annis grauem. Quanquam alii dicant eum attigisse 59. alii septimum supra se-  
ptuaginta atatis annum, quum ē vita migravit: sed nullā locupletis testis nituntur auctoritate: ideoq; illorum dicta, ὡς λόγοι  
τοπαράποτε τρέχουσα, diu nὰ ἀπιγμένοι, habenda sunt. E genere autem scriptorum, de ipso exoticorum,  
est vita, qua propriis & antecedentibus subtexitur & sequitur.

Q. HO